



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XCIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

quāvis Bart. hoc uideat uoluisse in l. si mater in si. ff. de uul. & pup. ipse tñ ibi hoc non considerauit, q̄ sit differentia, an talis condō sit appōita prima substituto in persona instituti, an substituto secundo, fuit sc̄n. hoc potius considerare diuersitatem casuum, 12 q̄ diuersitatem rōnis. Sed t̄ Bar. in d. l. si mater aliter est intelligēdus, uidelicet, q̄ qñ est facta substitutio prima de persona, quā sit in iuitate substituta sub tali conditione ad certum tps coarctata, & limitata, & postea facta sit subitō secunda de persona extranea licet talis conditio deficiat, tñ ultimo loco substitutus admitti potest: Ratio est, quā colligitur ex verbis Bar. ibi, si recte cōsideretur, nam quoties sit substitutio filio de nepote fm̄ consiliū Galli iux. l. Gallus in prin. ff. de lib. & posth. (quo casu subitō in iuitate, & non in hereditate facta dr̄, vt tradūt doc. ibi in §. & quid si tñ, & Bar. in d. l. si mater in fin.) tñ illa condō, si filius me uiuio morietur & c. appōita in substitutione facta de extraneo in hereditate: ita procedant not. per Bar. ibi: Secus si esset appōita eadem conditio in substitutione facta in hereditate de extraneo, nam ea diceretur repetita in ultima substitutione facta ē in hereditate de psona extranea, quia in habentib. symbolum faciliōr est, transitus l. in rem. §. item quācūque. ff. de rei uend. Præterea dico, q̄ opinio supra relata vñ d. l. si mater in fin. ubi talis conditio certo tpe coarctata in prima substitutione fuit posita in persona primi instituti, secunda aut subitō non fuit sub illa conditione facta, & tñ ad alium casum, aliudq; tps non extendit quoad hoc, vt ultimo loco substitutus admittatur, immō excluditur. ¶ Ultimo non aduersatur vnum à quibusdam adductum; q̄ qñ est conditio uoluntaria, vt in nostris terminis, respiciens certum tps, vel certum casum, ea non extenditur ad aliud tps, nec ad alium casum d. l. Gallus. §. & quid si tñ cum ibi not. & Bar. not. in l. j. ff. de uul. & pup. id locum habeat in substitutione uulgari, cui talis condō esset adiecta, itaq; intelligantur prædicta: secus in substitutione fideicommissaria, cui talis uoluntaria conditio foret appōita, nā tunc ad alium tps, aliudq; casum extenditur, vt est in casu, de quo agitur, in quo sumus substitutione fideicommissaria, in qua condō quolibet est uoluntaria: & ita not. per Bar. in d. l. quāmdiu fm̄ ipsos intelligantur, quia dico hoc esse commētitium quoddam, quia nullibi reperio differentiam hñōi inter substitutionem fideicommissariam, & uulgarem quoad cōditionem uoluntariam: immō doct. quoad eā pariformiter loquuntur, ueq; alteram ab altera seiungunt, ut quilibet uidere pōt in d. §. & quid si tñ, ubi Moderni. plenius mē tradunt, qui uolunt regulariter, q̄ condō uoluntaria ad casum non exprellum nō extendat. ¶ Nec obstant not. per Bar. in d. l. quāmdiu, quia locum habent, ueluti in l. i. Ang. Arc. alique oēs ibi intelligunt, qñ prima, & secunda substitutio facta essent sine conditione uoluntaria, quā non esset ad certū tps restricta. Multa alia pro confirmationem huius opinionis, quā meo quidem iudicio uerior vñ, attempta maxime disponentis mente, adduci possent, quā breuitatis causa omitto. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

- 1 Clausula in fine posita omnia precedentia determinat, & ad omnia refertur, nisi ad illi ratio diuersitatis, præsertim in fauorabilibus: Limita, & declara, vt num. 11.
- 2 Substitutio pupillaris censetur fauorabilis.
- 3 Mens tacita testatoris aut alterius disponentis quomō colligat.
- 4 Substitutio fideicommissaria solum in casibus, in quib. loquitur,

locum habet, & non in alijs, qui possent ex extēsiōe sumi, nisi à iure expressa extēsiō facta foret: secus est in alijs dē his substitutionibus.

- 5 Substitutio facta post mortem alicuius dicitur fideicommissaria.
- 6 Substitutio facta per hæc uerba, eos inuicem substituam, si filijs decesserint in pupillari aetate, vel alias quācumque, quomodo ualere possit.
- 7 Substitutio facta per hæc uerba, si in pupillari aetate decesserint, necessariō pupillaris non dicitur.
- 8 Substitutio facta in rebus particularibus legatis per rebus commune substituto, alijs uinuer saliter hæreditibus institutus lum vt fideicommissaria ualeat.
- 9 Substitutio quolibet facta per hæc uerba, tunc & eo casu, ubi eo casu adueniente, nunquam ad alium casum etiam similiter extenditur.
- 10 Substitutio fideicommissaria, in qua testator effectum, & non modum considerauit, facta expresse in vno casu ad alium similiter trahitur.
- 12 Mulier etiam mortua dici potest parere.
- 13 Mentem testatoris, aut disponentis colligi ex eo, quod interregatus idem disposuisset, declaratur, & limitatur.
- 14 Verba singularis numeri pluraliter intelligi nequeant.

E P I T O M E.

Substitutio fideicommissaria facta expresse in vno casu, maxime per hæc uerba, tunc, & eo casu adueniente, ad aliū casum non porrigitur.

C A S V S C O N S I L I I.

Testator in illis uerbis in testamētis apponit solitis in omnibus autem alijs suis bonis & c. in finem in duob. casib. principaliter, & diuino de prouidit, primus casus est, si cōtingeret D. Masinam eius uxorem parere filios masculos, vnum uel plures: secundus est, si d. D. Masina filios masculos non pareret: in primo casu testator suos hæredes instituit ventrem dictæ D. Masinae uxoris suæ, si vnum uel plures pareret filios masculos, & ipsam D. Masinam in eius vita tantum seruando vitam uidualē honestam, & castam, post uero mortem dictæ D. Masinae eisdem ipsius testatoris filios masculos eisdem substituit filiabus, aut tā natis, q̄ nascituris, & c. uelbet earum legauit, & reliquit libras mille pro dotibus, & uelbet libras ducentas pro apparatu, nuptialibus: item in casu isto, in quo filij masculi nascerentur, & postea mortui essent sine filijs, ipse testator reliquit amore Dei fratrib. prædicatorib. dimidium possessionis pro dote capellæ construendæ: & cum oneribus, de quib. in dicto testamento: At in secundo casu, si ipsa D. Masina non pareret filios masculos, testator prius reiterauit legatum factum dictis fratrib. pro dote dictæ capellæ: & cum hisdem met oneribus, item in hoc secundo casu non nascentium filiorum masculorum in omnibus bonis mobilibus, & immobilib. & c. D. Masinam instituit dominam, & usufructuariam pleno iure, si uita permanserit, ita q̄ ipsa dictorum omnium suorum bonorum usufructum totalem, donec uixeret, & vitam uidualē seruauerit, habeat, & habere debeat, absq; quod teneatur ad confectionem inuentarij, nec ad reddendum rationem, non obstant legibus, vel consuetudine in contrarium faciente. Ex quibus omnib. apparet, testatorē uoluisse, q̄ in hoc secundo casu principali D. Masina esset usufructuaria pleno iure, quia uerba prædicta, hoc importare dicitur, ut ex uerbis Bal. probatur in l. fin. C. de indic. dui. & Bar. in l. Tit. §. fin. ff. de leg. 2. quoad proprietatem uero, & sic pleno iure in dictis omnibus bonis mobili-

habitus, & immobilib. instituit, & hæredes esse
loannem de Valeris, Vincentium, & Tho-
mas, & filios olim Nicolai de Valeris, vel
filios in stirpes, & non in capita, prout in fi-
liis testamenti constare dicitur. Item & in hoc
casu, videlicet non nascentium filiorum
mortui post mortem tamen D. Masina, vel si
vidualem non seruauerit, vel si dicto ca-
sui adueniente non uixerit ipse testator, ante tamen
proximè dictam plura legata diuer-
sionis fecit, & inter alia primo loco reliquit
heredi filie sue, nec non alijs filiis, nascituris
de Villa franca una cum vinea de ca-
stello aquis portionibus, & ipsas filias in dictis
particularib. inuicem substituit, si sine filiis
nati arate, vel alijs quâdo cunq; decesserint,
substituendo, ut in dicto testamento. Mo-
do, quod testator habuit ex dicta D. Masina
vnum filium masculum, & plures filias
videlicet ante conditum testamen-
tum Andreæ, de qua in dicto testamen-
to aliam natam post testamentum vocatam
Mortuo testatore, masculus decessit in
matre, deinde defuncta D. Masina testato-
ris & matre dicti Pupilli, ultimo loco dece-
dit Gentilis sine filiis condito testamento, in
vnum suum hæredem instituit: agit D. An-
dreas superstes ad partem possessionis de Villa
franca de castello uic, q. tenebat, & possi-
dina Gentilis virtute substitutionis factæ
dicta possessione, ut supra, cuius casus euenit
D. Gentilis absq; filius diem suum clausit ex
matre hæres ipsius D. Gentili excipit se non
ad restitutionem dictæ partis possessionis, &
restitutionem non euenit casus dictæ substitutio-
nis facta fuit solum in casu, quo ipse testator
decessit sine filiis masculis, ut quia ipse non habe-
ret filios masculos ex d. D. Masina, vel ex alia futura
restitutione hoc ultimum non expresserit testa-
tor in l. placet in fi. cum l. seq. ff. de lib. & posth. &
ubi, vel si ipsa D. Masina vita vidualem non ser-
uaret, vel si dicto casu adueniente non uixerit,
aut alter eorum non euenirent, igit non
ad substitutionem factam inter ipsas filias de di-
visione, & vinea. Queritur quid iuris.

CONSILIUM XCIX.

ACTI præsentis specie diligenter confi-
derata, vñ primo aspectu, D. Andreæ & D.
Bernardinum esse audiendam, & obtinere
debere, quia uerba, quib. dicta possessio fi-
cta, & substitio inter eas facta fuit, adimpleta
in adeo q. & legato, & substitio locus fuerit:
legatum de dicta possessione cum vinea factum
fuit filiabus non solum in casu, quo testator non
habet filios masculos, sed et in casu quo illos ha-
beret d. D. Masina: quod si uerum sit, nulli dubiū,
locus fuit substitutioni prædictæ, cū eius cōdō
impleta fuerit, ex quo D. Masina mortua est. Pri-
mo dictum probari pōt primo ex illis uerbis, tūc
casu, quæ sunt posita tam post casum, quo te-
stator non haberet filios masculos, q. post casum, in
haberet filios masculos ex D. Masina, ut patet
predictis, ergo sunt referenda ad utrumq; casum,
et cū in fine posita referat ad oēs casus præce-
dentes, & illos determinat, qñ non apparet rō diuer-
sis ad not. per Abb. & alios in cap. 2. requiris, & in
extra de appell. Bar. in l. talis scriptura ff. de
test. & tanto magis referatur ad oia præcedentia, qñ
in materia fauorabili, ut per docto. maximè

2 Abba. in locis allegatis: sed t. substitio pupillaris, de
qua in d. testō, fauorabilis censet, arg. l. 2. ff. de uul. &
pup. c. si pater de testa. in 6. l. cohæredi. §. cum filia. ff.
de uul. & pup. & inst. cod. tit. ergo hæc substitio facta
per hæc uerba, tunc & eo casu & c. tanquam fauora-
bilis ad utrumq; casum præcedentē est referenda, &
præsertim, quia hi duo casu, vñ si nati erūt filij ma-
sculi, & si non nati erunt, sub una, & eadem conce-
ptione uerborū, & sub eodē textu ponunt, nec de
per se habere dicunt suam perfectionem, neque de
terminationem, seu qualitatem diuersam: quare di-
spōsa sub illis uerbis, tunc & eo casu adueniente
reliquit D. Andreæ & c. referenda sunt ad oia præ-
cedentia per regulam illam, q. cū in fine posita ad oia
præcedentia est referenda. ¶ Secundo necessarium
est dicere ex uerbis, quib. factum fuit dictum lega-
tum, & consequenter substitio de illo, q. factū fuerit
et in casu quo testator filios haberet, seu quo D. Ma-
sina filios masculos pareret: Nam factum fuit lega-
tum, & dicta substitio post mortem D. Masina, uel si
ipsa uitam uidualem non seruauerit, uel si dicto ca-
su adueniente non uixerit, quæ uerba ultimo loco
posita, uel si dicto casu & c. non possunt conuenire
casui, quo ipsa D. Masina non pareret filios mascu-
los, quia non est uerum dicere, q. eo tpe, quo pare-
ret, ipsa non uixerit, qñ mortua non parit l. annicu-
lus in fi. gl. in l. et ea. ff. de uerb. signific. quare necesse
est dicere, q. illa uerba, uel si dicto casu adueniente,
sunt referenda ad casum prius dictum, vñ si ipsa D.
Masina ex dicto testatore pareret filios masculos, &
illi sine filiis decesserint, tunc, n. euenire quidem pōt
casus ille, q. D. Masina non uiueret: quo in casu de-
bet dici factum legatum de dicta possessione, & sub-
stitutio, de qua in testō, inter ipsas filias. ¶ Tertio
suadentur pmissa, attenta tacita mente testatoris, q.
oibus prædominat, & in primis attendenda est l. in
conditionib. primum locum ff. de cond. & demon-
3 l. pater seuerinam cum uulgarib. cod. tit. t. quæ taci-
ta mens colligitur ex eo, q. si testator fuisset interro-
gatus, an dispositum ab eo in casu, quo ipse non ha-
beret filios ex d. D. Masina, vñ q. filia habere debe-
ret possessionem de Villafranca cum vinea, & alte-
ra decedente sine filiis pars illius ad aliam perueni-
ret, uoluisset idem habere locum, et si testator habe-
ret filios masculos ex d. D. Masina, & postea illi sine
filiis decessissent, profectō, cū hi duo casus similes
sint arg. l. fi. C. de inst. & subst. sub cond. fact. testator
idem in utroq; disponere uoluisse respondisset, arg.
d. l. fi. ergo perinde haberi debet, ac si iste casus con-
tingens a testatore fuisset expressus, arg. l. Tit. §. Lu-
cius. ff. de lib. & posth. & gl. in l. tale pactum in fi. ff. de
pact. ¶ Quarto vñ dicendum, q. illa uerba tunc &
eo casu adueniente reliquit Andreæ & c. quamuis
sint numeri singularis, tñ ex mente testatoris com-
prehendere possunt plures casus, vñ primum, si con-
tingeret D. Masinam parere masculos, & hi postea
decederent sine filiis, & fm, si illa non pareret mas-
culos, tum quia, ut dictum est, casus sunt similes d.
l. fi. & d. §. Lucius, tum ne contingeret ipsas filias sue
minas debere excludi totaliter a bonis paternis p.
extraneos in casu, quo ipsa Masina filios masculos
pareret, & postea illi sine filiis decederēt, arg. l. cum
acutissimi, C. de fideico. tum et quia ipse testator
in hoc suo testō sub illis uerbis, tunc & eo casu ex-
pressè uoluit plures casus comprehendere, ut colli-
gitur ex illis uerbis, post mortem uero dictæ D. Ma-
sina, uel si aliam uitam, quā uidualem elegerit, uel
si dicto casu adueniente non uixerit, ubi ponunt,
& exprimuntur tres casus, & tñ illos oēs reasumen-
do dicit, tunc, & eo casu adueniente, ergo hæc uer-
ba

in singulari prolata comprehendere dicunt plures casus, & 2^{us} et casum, qui euenit. Hæc sunt, quæ in hac cā facere possunt rem dubitabilem 3^{us} D. Bernardinum heredem D. Gentilis. ¶ Quib. tñ non obstantibus, prout recte consideranti obstat non debent, puto de iure ueriores esse hanc sententiam q̄ non euenit casus substitutionis factæ inter dictas dominas Andream, & Gentilem, & consequenter ipsam Andream nō posse, nec debere admitti ad partē dictæ possessionis, & uineæ rentæ, & possessionis a D. Gentili vsq; ad mortem: Ad quod dicendum moueor, præ supponendo prius regulam, quæ tradit in materia substitutionis fideicommissaria, q̄ substitutio non habet locū, nisi in his casibus, in quib. loquitur, & non in alijs, qui sumi possent ex extensione, nisi reperiretur à iure facta expressa extensio, ut in l. mulier in prin. & in §. 1. cum simi. ff. ad Treb. & semper in materia substitutionis fideicommissaria dici potest, in hoc casu non loquitur substitū, seu casus iste nō fuit expressus, ut uoluit Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de testa. in §. 1. in uers. occurrit. Old. in consi. 21. thema tale est. Abb. in consi. 111. facti contingentia; & Socy. in consi. 62. 3. col. in consi. 63. in 8. col. & consi. 69. in 5. col. in 3. uol. ¶ Nec obstat d. mulier in prin. & in §. 1. quia in casu illius testator considerauit effectū conditionis, non autē modum, ut per Bar. & alios in l. Gallus. §. & quid si tm. ff. de lib. & possit. in alijs uero substitutionib. directis secus esset, quia in illis fit extensio de casu expresso ad casum similem, ut l. si. c. de inst. & subst. sub cond. fact. d. §. & quid si tm. & ibi scribentes, per Bar. & alios late in l. j. ff. de uul. & pup. l. mol. in c. Raynut. extra de testa. in materia directarum uul. & pupill. sed nos sumus in substitutione fideicommissaria simpliciter, primo q̄ quia fuit facta de filiabus in possessione de Villafranca, & in uinea post mortem D. Masina, quæ uerba important substitutionem fideicommissariam l. codicillis §. mater ff. de leg. 2. et arg. eorum, quæ habentur in l. precibus post gl. C. de impub. et in l. centurio. ff. de uul. et pup. l. si. §. qui fideicommissit cum seq. ff. de leg. 1. secundo q̄ quia postea inter ipsas filias alia facta fuit substitū, ut constat ex uerbis testamenti, quib. testator dixit, et eas inuicem substituit, si sine filijs decesserint in pupillari atate, uel alias quocunque etc. quæ uerba post emolumentum quesitū, hoc est postquam agnitionem fuit legatum ab ipsis fororibus, non possunt habere locum, nisi in substitutione fideicommissaria, ut concludunt oēs, & ibi est tex. in d. l. centurio, et in d. l. precibus. ¶ Nec obstant illa uerba, si decesserint in pupillari atate, quæ importare videntur pupillare substitutionem, arg. l. j. ff. de uul. et pup. et inst. eod. tit. et ante emolumentum queritum, uulgarē, ut per Bar. in l. j. ff. de uul. et pup. l. post aditam. C. de impub. ¶ Quia respondet, q̄ illa uerba, si decesserint in pupillari atate, non necessariō important substitutionē pupillarem, sicut dicimus de illis uerbis, & si impubes decesserit, quæ potius demonstrant tps, infra quod substitū locum habere debeat, q̄ qualitatē substitutionis, in simili uoluit Io. And. per illum text. in c. si pater de testa. in 6. et in c. Raynut. extra de testamentis, p Bar. in d. l. centurio in 10. col. ibi, sed quid si dixi & c. ¶ Et q̄ in casu occurrenti non dicatur substitutio directa, nec pupillaris facta, et q̄ fuerint expressa illa uerba, si in pupillari atate decesserint, ostēdo aptissime: Nam hæc substitū facta fuit inter filias legatarias quib. res particulares fuerunt relicte, et per uerbum cōe substituo, iuxta tex. in l. nam hoc iure §. 1. ff. de uul. et pup. et sic facta fuit in legato, et nō in hæreditate, nec illius quota, et alij fuerunt instituti uni uersaliter, ergo non potest dici inter ipsas filias testato-

ris facta pupillaris, uel uulgaris substitū, sed solum fideicommissaria; qm̄ uerbum cōe adiectum certare, uel quantitati nunquam importat, neq; trahitur ad directam substitutionem l. cogi. §. gualiter. & ibi Bar. ff. ad Treb. & ita in indiuiduo determinatur Bar. in d. l. centurio in 11. col. in uers. quare uultus de facit l. cohæredi in fin. ff. de uul. & pup. ¶ Præsuppono et, q̄ licet quandoq; substitū expressa in uno casu tendatur ad alium, & præcipue substitū uulgaris, ut in d. l. Gallus §. & quid si tantum, & ibi Bar. & oēs, in l. j. ff. de uul. & pup. & et fideicommissaria, qm̄ stat de mente testatoris, ut in l. mulier in prin. & in §. j. ff. ad Treb. ¶ Tñ q̄ substitutio, seu alia dispositio facta fuit in uno casu expresso per illa uerba, tunc, et eo casu, seu eo casu adueniente, non potest nec extenditur ad alium casum et simile, ad quem alias et extenderetur, quia illa uerba restringunt substitutionem, ut solum habeat locum in casu expresso, ut uoluit Pet. de Anch. in consi. 37. in 3. col. uers. Tertio quare, ubi loquitur de substitutione uulgaris, cuius natura est, ut extendat de casu expresso ad alium casum similem, & per eū in d. c. Rainut. & ibi And. Barb. in 87. col. in materia uulgaris debet uoluit Socy. in consi. 118. in 4. col. 3. uol. dices q̄ illa uerba, tunc, & eo casu, faciunt actum conditionalem conditione uoluntaria, & 2^{us} p̄r specificē adimplet debent in casu expresso, & nullo mō in casu æquipolenti, seu simili arg. l. moenius, l. qui hæredi ff. de uol. & demon. Bar. & alij cōiter in d. l. Gallus §. & quid si tm. Hoc et in terminis uoluit Dec. in consi. 89. in 2. & 3. col. & in consi. 182. & facit l. in substitutione de uul. & pup. & l. Gallus in principio iuncta gl. ff. de libe. & posth. ¶ His stantibus, cum in casu occurrenti facta fuerit substitū de filiabus testatoris super possessione de Villafranca, & super uinea de Castellano, & illa uerba tunc, & eo casu adueniente, in casu quo facta D. Masina non pareret masculos, ut supra dictum, & ostensum fuit in principio, illa idcirco solum potuit habere effectum in hoc casu expresso, & non in casu, in quo D. Masina pareret masculos, prout contingit, quia peperit Alexandrum, et fuit illud p̄feritum uerum esse, ex quo sumus in materia fideicommissaria substitutione, ut iam ostendimus, cuius natura est, etiam sine illis uerbis, tunc & eo casu, ut solum habeat locum in casu, de quo loquitur, & non possit extendi de casu expresso ad alium et similem, ut dictum fuit, ergo a maiori ratione hoc magis est dicendum in casu nostro, in quo sub compendiosa narratione facta fuit substitū fideicommissaria per illa uerba, tunc & eo casu adueniente, & per quæ testator dicit uoluisse, q̄ substitū solum haberet locum in casu expresso: duo enim concurrunt, quorum alter per se operatur, ut substitū non extendatur ad alium casum, uidelicet, quia fuit substitū fideicommissaria, item quia facta fuit per illa uerba, tunc & eo casu, arg. tex. in auth. itaq; C. cōia de successio. 1. de treug. & pace, & in habentibus. symbolū facit est transitus l. in rem §. item quacunque ff. de re iud. c. quod in dubijs, & ibi glo. de confer. eccl. uoluntar. Nec est uerisimile, q̄ testator uoluerit rotariis gravare hereditatē suam in casu, quo filij masculi essent nascituri post mortē testatoris, quorū grauit in casu, quo filij masculi non essent nascituri, si sic ipse testator moriturus essent sine filijs masculis arg. eorum, quæ hñr perscribentes in auth. c. c. de lib. et posth. p. l. mol. et alios in l. filio præterito de in iust. rup. et irri. testam. et Alex. in consi. 142. in 1. uol. ¶ Nec p̄dictis obstat d. l. mulier in prin. et in hæreditate Treb. ubi fideicommissaria expressa in uno casu trahit ad casum similem, q̄ quia responderetur q̄ ibi testator

sed solum fideicommissarius effectus, & non modum condonis ap-
pauit p. Bar. & alios in d. Gallus §. & quid si tunc
in eo considerauit modum, ut ex verbis illis
in eo casu, & ex alijs constat, ut dictum fuit, & in-
terius fit, ut subf. maximè fideicommissaria
in casu expresso non possit hanc locum in alio, &
de facto in casu occurrenti euenit, ut col-
ligitur verbis Bar. in d. §. & q. d. si tunc. ¶ Et quoniam uis hu-
ius conditionis uerit et in remouendo obiecta su-
a, ideo p. confirmationem conclusionis tradi-
tori confutationem uenio: & in primis non ob-
stantia uerba, tunc, & eo casu adueniente reliquit,
ut post casum, quo D. Masina pa-
reret masculos, ite & post casum, quo D. Ma-
sineretur masculos, ergo hæc clausula, & di-
citur illi adiecta dēt referri ad utrumque casum, per
talitalem scripturam, & in d. c. secundo requirit, &
apparet, cum simil. extra de appellatio: & tanto
magis in materia fauorabili, qualis est sub-
stitutio pupillaris p. predicta, quia rōdetur, q. cum
apparet testatorē separauisse unum casum
a secundo, & uno modo in primo, & diuerso modo dispo-
nendo, quilibet dispositio seruanda est in suo
contextu, non dēt fieri extensio de uno ad aliū,
ut in clausula ff. de uerb. obl. Præterea quoniam quilibet
dispositio habet determinaciones, & qualitates diuer-
sas clausulas hēt, tunc clausula in fine posi-
ta in medio, siue in principio non referat nisi ad
unum casum clausula ipsa fuit posita, & non ad al-
terum, sed quilibet clausula determi-
nat dispositionem expressam. I. si quis legata ff. de
testam. ontr. quæ text. ad hoc inducit Abb. in d.
secundo requirit: sed in casu occurrenti testator
in suo testō diuersas dispositiones habentes diuer-
sas determinaciones, & clausulas, ergo quilibet dēt
referre sua clausula. ¶ Rursus & melius dico,
clausula in fine, uel in medio posita referat ad oīa
determinaciones, quæ talis clausula sui natura non impe-
dit extensionem: & ita loquuntur doct. in d. talis scri-
ptura in d. c. secundo requirit, ubi uolunt, q. quoniam
adfectus mens disponentis, nec resultat absur-
dum, clausula extendit ad alium casum; secus ue-
ro si esset talis clausula, de cuius natura esset
extensio non aut ampliare, sed restringere, & ex-
tensionem de casu ad casum; quoniam si illa sit
in uno casu, non dēt referri, nec extendi ad
aliū siue post, siue ante expressum, aliogen fieri
in mentem disponentis, qui talē clausulā ap-
pauit. Quod labeo in ff. de suppellect. legata,
si quis legata, & c. dilecti de dona. sed ista clau-
sula & eo casu & c. apposita, & expressa in una
ratione est huius natura, ut non extendat ad
aliū, sed potius, ut dispositionem restringat, &
itaquā clausula taxatiua, ut latè dictum fuit
supra, maximè quoniam esset adiecta subf. fideicom-
missarie per predicta, ergo in casu huius clausula cef-
fugiat, & doctrina Abb. & aliorum in d. c. se-
cundo requirit, & Bar. & aliorum in d. talis scriptura.
¶ Aduersus, q. posita in materia fauorabili dēt
referri ad alium casum, sed nos sumus in substitui-
one pupillari, q. est fauorabilis, ut dictum fuit, ergo
quia primo rōdeo, q. proximè dicta possent ue-
niri in illa clausula, q. est prorogabilis, & extensi-
onem illa clausula tunc, & eo casu adueniente non
prorogabilis, sed restringibilis, & limitatiua, q.
in casu facit dispositionem extendi ad aliū, & si
tunc in materia alias sui natura extensibili, ut qua
posita in uulgari, quæ sui natura solet extendi
ad casum, ut iā dictum fuit. Præterea non est
hæc clausula fuerit posita in subf. pupil-

lari, imò solū in substitutione fideicommissaria, ut p.
bauit supra in primo p. supposito, & est uerissimum,
alioquin qui uellet triū dicere, erraret in terminis,
& cū sit expressa in fideicommissaria, sequit, q. nul-
lo modo debet posse extendi ad alium casum præ-
cedentē, sed solū effectum habebit in casu suo: quoniam
de natura subf. fideicommissaria est, ut non ex-
tendatur ultra casum expressum, & sine illa clausula
tunc, & eo casu & c. ut ostēdimus: ergo multo magis
hoc habebit locū, quoniam subf. fideicommissaria ad-
iecta fuit illa clausula, tunc & eo casu, q. se solet re-
stringere, & impedire extensionem: quia duo uincu-
la magis stringunt, q. simplex. d. auth. itaq. d. ca. q. in
dubijs cū ibi not. ¶ Adde, q. si uerum esset, q. in ca-
su nostro diceretur inter ipsas filias facta pupillaris,
& sic effemus in materia fauorabili, adhuc in ea non
posset fieri extensio ad alium casum, p. illa uerba,
tunc & eo casu & c. q. prohibent extensionē fieri et
in materia alijs prorogabili, ut dictum fuit: quia illa
uerba, tunc & eo casu adueniente, faciunt conditio-
nē uoluntariam, ut per Soc. in d. consil. & parer, quia
sunt uerba ablatiui absoluti, q. condonem faciunt,
ut sunt iura uulgaria. ¶ Non obstat fm principale
motiuum, q. substitutio facta de filiabus, & inter ip-
sas filias super possessione, & uinea ipsi relictis ne-
cessario debet dici facta et in casu, quo ipsa D. Ma-
sineretur masculos, propterea quia fuit facta
in tribus casibus, uidelicet post mortē D. Ma-
sinæ, item in casu, quo ipsa D. Masina non stererit
in uita, uiduali, & honesta, nec non si dicto casu ad-
ueniente ipsa D. Masina non uixerit, qui ultimus casus
uenerificari non pōt, nisi in casu, quo ipsa pareret ma-
sculos, & illi postea decederent in pupillari ætate,
uel alijs quicunq. sine filijs, non aut in illo casu sim-
pliciter, si ipsa non pareret masculos, quoniam pariendo
non pōt esse, nec contingere, quin ipsa tunc dicatur
uiuere, cum mortua non pariat, ut in l. anniculus, &
ibi gl. in fi. & in l. et ea ff. de uerb. sign. Quia huic mo-
tuo, quod uirgine uir, rōderi potest, tenendo, ut uerū
est, talem substitutionem principaliter factam esse
in casu, quo D. Masina non pareret filios masculos,
ut inferitur ex illis alijs uerbis subsequētib. tunc &
eo casu adueniente, quæ necessario referuntur ad ca-
sum illum principaliter, ut ex prædictis colligitur,
& plenè iā comprobauit: qui casus principalis, uide-
licet eueniente casu, quo non pareret filios mascu-
los, habere potest locum in illis tribus casibus præ-
notatis, hoc est, uel post mortem D. Masinæ, uel si ip-
sa non seruauerit uitam uiualem, uel eo casu ad-
ueniente, uidelicet quoniam non pareret masculos, ipsa
non uiueret, qui casus ultimus uenerificari poterat, si
eo tpe quo non pareret masculos, ipsa D. Masina
non uiueret, ut quia mortua pareret foeminas, &
mortua potuisset parere, quoniam in partu, & p. partū
mortua fuisset, ut naturaliter euenire potest, uel se-
cto uentre natæ essent filia: foemina: plures, aut una:
nā & his modis potest dici mulier parere, ut in l. qd
dēt cum ibi not. ff. de liber. & posth. & in d. l. annicu-
lus, & in d. l. et ea, ubi casus ff. de uerb. sign. nec aliud,
neq. alium casum uoluerunt exprimere uerba illa;
quo modo declarando, prout declaranda oīa sunt, fun-
damentum factum in triū nihil facit. ¶ Non ob-
stat tertiū principale fundamentū, q. si testator, quoniam
legauit filiabus dictam possessionem cum uinea, & in-
ter illas subf. onem reciprocā fecit, fuisset inter-
rogatus, an idē disposuisset in casu, qui de facto eue-
nit, profecto rōdisset, q. idem disposuisset, ergo iste
casus ex tacita mente disponentis debet dici com-
prehensus, arg. no. in l. tale pactū in ff. de pact. & in
l. Titius §. Lucius ff. de liber. & posth. Quia respon-
deo

deo in primis, illud dictū, illamq; regulā non habere locum in substantiōe fidei cōmissaria, q̄ non extenditur ad casum non expressum, sed solum vindicatur fibilibus in casu expresso, quia semper dici pōt, de hoc casu non loquitur subitō, vt dixi supra in pra-

13 supposito primo. Secundo ꝑ prædicta regula non ꝑ
cedit in substitutione, seu disþone, in qua eſſent ex
preſſa illa uerba reſtrictiua, & limitatiua tunc, & eo
caſu adueniente, ꝑ ea, q̄ dixi in ſecũdo ꝑſupposito,
& expreſſe hoc uoluit Dec. in conf. 89. in fi. 2. col. cū
ſequenti, & dicit Bal. in l. unica in vlt. col. C. de huius
qui ant. apert. ꝑ illud dictū gl. non habet locum
in caſu, quod in disþone caſus oſino eſſet omiſſus. Itē
qñ de ſeria mente diſcontentis conſtare poſſet, ut uo
luit Alex. in conf. 46. in 2. vol. in fi. & Soc. in conf. 69.
in col. 1. lib. 3. & in caſu noſtro de ſeria mente conſta
re dē, ut ex prædictis colligitur, igitur c. & docto.
in uarijs locis maxime in conſilijs parum, & modicū
curant de hoc mortuo, ut colligif ex traditis
per Soc. in conf. 77. cuius uerba optime nobis infer
uunt, & Dec. in d. conſ. 89. & plura alia poſſem alle
gare, quæ tanquā minime neceſſaria omitto. ¶ Vlti
mo non obſtat, q̄ illa uerba, tunc & eo caſu adue
niente, quamuis ſint ſingularis numeri, tñ com
prehendunt plures, caſus ſupra expreſſos, & ſic ſingula
ris numerus reſoluitur in plurali ex mente teſtato
ris, quia huic ultimo motiui in effectu fuit reſpon
ſum, tum quia ſumus in fidei cōmiſſaria ſubſtitutio
ne, tum quia ꝑ uerba ſingularis numeri non poſſunt
intelligi in plurali. ſ. in ubi Bar. & alij, ff. ad Trebell.
tum quia illa uerba, tunc & eo caſu impediunt hu
iuſmodi reſolutionē, tū quia illa uerba, uel ſi dicto
caſu adueniente non uixerit, cū uerbis ſubſequenti
bus recipiunt aliā interpretationē, quā ſupra retuli,
ꝑꝑ quia ipſa D. Andrea ex ſubſtōne admitti non pot
in caſu occurrēti, & ita concludendū eſſe arbitro.

S V M M A R I V M.

- 1 Substitutio simplex fideicommissaria facta in casu, quo filia de-
cesserit ante nuptum, vel religionis ingressum, locum habere
non potest, si filia nuperit; Neque ex præsumpta mente testa-
toris casum mortis post nuptum comprehendit nu. 4.
- 2 Substitutio facta de uxore filij nascituris, illis non natis, locum
non habet.
- 3 In substitōne fideicommissaria casus omisus habetur pro omisso.
- 5 Substitutio non censetur tacite casum omisum continere, quan-
do manifestè, & expresse substitutio in casu illo facta fuit.
- 6 Substitutio facta in casu certi tēporis non trahitur ad aliud tēps.
- 7 Substitutio que, & quando facta in uno casu ad alium extendi-
tur, & que non.
- 8 L. mulier in prin. ff. ad Treb. de substitutione facta in uno casu
extensa ad alium declaratur.
- 9 Substitutio facta si habens heredibus institutis, si ambo post nu-
ptum sine filijs decesserint, altera eorum sic decedente, super
stes filia admittitur, excluso filiarum: & vltima decedente sine
filijs, substituitur ad quam partem admittitur, an ad par-
tem vltimæ tantum, an verò utriusq; nu. 12. Et quid sit prius
deducendum nu. 13.
- 10 Idem si fuisset substitutio facta simpliciter post mortem filiarū
absque nomine collectio, nec dicendo, si ambo decesserint.
- 11 Que persona ex præsumpta mente testatoris substituti uti excludat.
- 14 Fructus bonorum fideicommissi percepti ab herede gravato,
vel eius herede negligentia fideicommissarij non petentis res-
titutionem fideicommissi acquirunt gravato, vel eius here-
di, nec fideicommissarius illos consequi potest.

EPITOME.

Substitutio fideicommissaria facta filiabus insti-
tutis in casu, quo altera, uel vtraq; illarum ante
nuptum decesserit, non extenditur ad casum, quo
post nuptum sine filijs decederet.

Et facta in casu, quo ambæ post nuptia sine filijs

decederent, altera sic decedente, substitutus non
admittitur, sed solum ambabus sic decedentibus,
& tunc ad quam partem substitutus admittitur.

CONSILIVM C

[illegible]

in quo casus mortis non erat de casib. sui natura
ad effectum substitutionis fideicommissariae
extensio, quia nisi posuit casum mortis de
commodo casum, quo filij sui iuris effici de
ideo ad casum alium sit extensio, p. quē
patet liberantur quod non contingit in
occurrenti, ut de se patet, casus. n. ante nuptū,
post nuptum diuersi sunt. Præterea non de
extensio, ut dictum est, quia in casu omisso
substitutione expressè postea prouidit, atque
Ex quib. constat, Guidonem ipsum non
ex prima substitutione uenire. ¶ Vtrū autē admi-
ttere secunda substitutione, in qua testator illū
in casu, quo ambæ decesserint ante nu-
ptū, ingressum religionis, uel post nuptū, & si-
quo tpe, v. 3. an statim altera mortua quo
illius, an uero debuerit expectari casus,
ambæ post nuptā sine filiis decesserint, Cōsi-
p. hæc secunda subitō facta fuit in casu, quo
decesserint post nuptum sine filiis, omittēdo
autem, v. 3. si ambæ ante nuptum decesserint
illius nec in ambabus, nec in altera earū eue-
ntum est: & iō cum ipsi filiab. Guido fuerit
in casu, quo ambæ decesserint, ex psum
tore, quæ lex sic interpretatur, testator uoluit
p. p. filia, hoc est Camilla decedente post
filiis, Guido filius fratris substitutus nō
tamen, sed ab alia filia in institutione prædile-
ctum, sicut nullam Guidoni in institutio-
nem, ita & in substitutione: qm substituēdo Gui-
donem in casu, quo ambæ decesserint post nuptum
& sic per hæc uerba collectiua, si ambæ, nō
decesserint, Guido ex substitutione admitti nō
uoluit doc. cōiter, ibiq; Socy. expresse in
conclusionem fideicommissariae in ult. char.
verbes mei §. cum ita ff. ad Treb. & in l. p. vbi
C. de impub. & alijs subit. facit id, quod hñ
l. si pater impub. ff. de uul. & pup. secus for-
mā si filius simpliciter substitutus post mor-
tem filiarum absq; note collectiue, nec di-
ctum si ambæ arg. l. Luc. §. Caio. ff. ad Treb. & in
l. cum ff. de leg. 2. t. sed tñ adhuc idem dicerem
quod nō potuisset admitti, ex quo supererat alia
testatoris hæres instituta, quæ dñ esse de illis, qui
psumpta mente substituti excludunt per tex.
cōiter per Socy. in d. §. cum ita in 1. conclusio
fideicommissariae in 1. limit. Alex. in l. si pater im-
p. ff. de uul. & pup. & in l. pater filiam in fine in
l. si ad l. Falc. ¶ Quod autē filia superstes dica-
re persona, quæ ex psumpta mente substitu-
tione, constat primo, quia fuit p dilecta Gui-
doni in institutione, ergo & in substitutione, itē
dñ de liberis, & Guido extraneus, hoc est
qualis arg. l. cum acutissimi C. de fideic. & tra-
dunt in cons. 38. in 1. uol. qui dicit collaterales
de ijs, qui ex psumpta mente substituti ex-
cluduntur, et quia ab intestato ipsa filia superstes
p. p. fuit successura, excluso Guido
ante in quarto gradu per ea, q uoluit Io. de
i. d. §. cum ita, & Alex. in d. l. pater filiam, & in
l. 3. num. et quia cum quis fuit duob. substitui-
tus duob. filiis p hæc noia collectiua, si ambo,
p. tunc hi, quib. facta fuit subitō per noia illa
quia, quib. ab intestato inter se succederent,
de ijs, qui ex psumpta mente substituti ex-
cluduntur, nō declarat D. meus Socy. in d. §. cum
ita. ¶ Nec obstat tex. in d. §. cum ita, quia il-
le, & in d. l. p. cōiter respondent, & Alex.
pater filiam in fi. in pen. col. & in d. l. pen. ibi. n.
erat pariter de liberis, & in eodē gradu,

in quo erant ij, quib. facta fuit subitō, & sic nō super-
erat persona, q ex psumpta mente substituti ex-
cluderet: at in casu nostro secus est, qa Guido erat
extraneus, & talis, qui ab intestato simul non fuisset
admissus cum filiab. institutis: item instituti adinui-
cem ab intestato succedere poterant, excluso Gui-
done. Ex quib. clare inferitur, q Guido ex prima sub-
stitutione non potuit admitti, quia casus in ea ex-
pressus nō euenit, nec in casu in illa omisso poterat
admitti, quia in illo casu testator expressè prouidit
substituendo ipsum Guidonem, qā ambæ post nu-
ptum decesserint: & cum ipsa filia sint persona, q
ex psumpta mente substitutum excludunt, ante
Guidonem censentur inuicē substituta, ut pulchrē
declarat Socy. in d. §. cum ita in 3. col. ibi aliquādo,
12 & tercio. ¶ Eueniente autē casu mortis ipsius Hippo-
lyta, quæ ultimo loco sine filiis decessit, ipse Guido
ex substitutione admitti potuit, qm uerū est ambas sine
filiis decessisse. Vtrum uero tunc possit admitti ad
partē vtriusq; tāquam in parte ultimæ filia partem
primæ inuenit, an uero solum ad partē vltimæ de-
cedentis: & vñ, q solum ad partē Hippolyta, in qua
ipsa grauari potuit, vñ detracta legitima sua, & tre-
bellianica, in quib. non potuit grauari l. qm in priori-
bus C. de inoff. test. l. iubemus, ibiq; Bal. & Pau. Cast.
ad Treb. & tradunt doc. magis cōiter in l. Marcellus
in prin. ff. eod. tit. Quod autē non ad partem utriusq;
sed solum ad partem illius, quæ ultimo decessit, sit
admittendus, patet, quia simpliciter fuit substitutus
nec expressum fuit, in qua parte, ergo debet intelli-
gi quoad partem Hippolyta ultimo decedētis, post
cuius mortem, & non ante potuit admitti per tex.
cum ibi not. per Alex. in l. pater filia in fi. ff. ad l. Falc.
in tercio casu, in quo subitō facta fuit post mortem
oīum, seu utriusq; simpliciter, traditur et per Bar. in
l. codicillis ff. de usufr. leg. quem referunt, & sequun-
tur Alex. in d. l. si par. impub. & in d. l. pater filiam in
fi. & in d. §. cū ita, ubi Socy. in 3. col. in 3. casu. ¶ Sed
13 t. posito, at non concessio, Guidonem posse admitti
post ambarum mortem ad partes utriusque, tñ hoc
debet intelligi eo mō, quo uoluit, & fm q testator
disposuit, & pñr ad partes hereditatis ambarū filia-
rum, prius deducta earum legitima, in qua grauari
non potuerunt d. l. qm in prioribus, ac et deducta
Trebellianica, quam ipsa præcipuam, & sine onere
debuerunt habere, cum sint quoad testatorem filia
pñm gradus i. iubemus. C. ad Treb. & nota. in l. in fi
deicommissariam per glo. ff. ad Treb. cum ijs, quæ
hñr per doc. cōiter in l. Marcellus in prin. eod. titu.
¶ Ex partib. et dictarum filiarum, in quib. per fidei-
com. grauari potuerunt, deducendæ sunt partes p
earum maritos lucranda, quib. testator uoluit debe-
re acquiri partes, quas ex forma statutorū mariti lu-
crantur: & hæc sunt solum detrahendæ ex partib. hæ-
reditatis dictarum filiarum, super quib. pater illas p
fideicommissum grauare potuit, & per pñs non ex
legitima, nec ex Trebellianica, in quibus, ut dictum
est, grauari non possunt. ¶ Præterea dato sine præiu-
dicio ueritatis, q Guido diceretur per fideicom-
missum vocatus ad partes utriusq; post ambarum mor-
tem, tñ non potuit fructus bonorū per fideicom-
missum restituendorū cōsequi, nisi post obitū utriusq;
& a die petite restōnis: qm fructus bonorū fideico-
missi percepti ab herede grauato, seu ab herede suo
ex negligentia fideicommissarij non petētis restōne
fideicommissi acquirunt grauato, uel eius heredi l.
mulier §. si hæres cum sibi nō. per gl. in l. in fideico-
missaria ff. ad Treb. Idē dico indubitātē uerū esse,
et per mortem Camilla primo defunctæ pars illius
Guidoni per fideicommissum statim mortua Ca-
milla

milias debita fuisset: ex quo n. Guido partē illā nō pe-
tijt sibi restitui, fructus interim pcepti ab Hippoly-
ta hārede Camillā tanquā pcepti negligentia Gui-
donis fuerunt ipsi Hippolytā acquisiti p text. in d.l.
mulier. §. si hāres. Nego tñ p mortē Camille quoad
ipsius partē fuisse locū fideicomisso p p̄dicta. Nec
obstat, q̄ Guido fuit substitutus disiectiue, & sepa-
ratim unicuiq̄, & sic quoad partē cuiuslibet disium-
ctiue altera decedēte l. Luc. §. Caio. ff. ad Treb. l. si. §.
filium ff. de leg. 2. & prout colligitur ex prima sub-
stitutione, quia rādet, q̄ casus illius substitutionis fidei-
comissariae non euenit, cū fuerit facta in casu, quo
altera, seu ambā ante nuptiū, & nō post nuptiū dece-
derent: & sequēs facta ē in sui principio, si ambā de-
cesserint ante nuptum, differt a prima in hoc, neq̄;
dī superflua, neq̄ una aliam corrigere iuxta l. nā ad
ca. ff. de cond. & demon. quia prima facta ē, si ambā
post nuptum decederint, prout in casu isto ē secū-
da facta fuit, dī mera fideicommissaria, & in casu si
deicommissaria, ut uerba sonat, secunda uerō nō ut
fideicommissaria, q̄a iā facta fuerat, sed ut uul. & pup.
& hoc est, quod secūda addi. Et hāc hātenus. L. D.

S V M M A R I V M.

- 1 Vxor heres à marito instituta transeundo ad secunda uota non priuat hāreditate, non extantib. filiis primi matrimonij.
- 2 Substitutus alicui casu, quo ipse decesserit quādoq̄ sine testō, uel ante testatorem, an admittatur, si ab intestato solum is decesserit, non autem ante mortem testatoris.
- 3 Heres institutus, cui ex dispōne testōris pmissū est rēdere, alie-
nare, & disponere inter uiuos, & in ultima uolūtate, ita pōt
de oib. bonis disponere, q̄ substituti ab illis oib. sint totaliter
exclusi: & q̄o hāc permissio intelligatur num. 8.
- 4 Feudū cōcessum cum pacto, q̄ uasallus possit illud alienare, seu
concessum pro se, & suis hāredib. & cui dederit, pōt à uasal-
lo alienari, neque ad filios, & hāredes uasalli transire.
- 5 Dispō facta sub plurib. conditionib. alternatiue positis ad hoc,
ut locum habeat, alteram tantum fuisse adimpletam sufficit.
- 6 L. generaliter in prin. C. de insti. & subst. sub condit. fac. quomo-
do procedat.
- 7 Verba, si noluerit aliquid facere, in conditione alicui dispositio-
ni adiecta, exponuntur, si fuerit in mora faciendi, quia requi-
situs facere noluerit.
- 9 Grauius per fideicom. restituere alicui, etiam si habuerit li-
centiam alienandi, tamen quartam totius hāreditatis partem
ad minus fideicommissaria tenetur reservare.
- 10 Substitutus alicui in casu, quo decesserit sine testamento, non
excluditur, si is fecerit testamentum, uel facere uelit, nisi te-
stamentum illud sit solenne, esse tuncq̄ habuerit.

E P I T O M E.

Substitutio facta in casu, quo quis decesserit
quādoq̄ sine testamēto, uel ante testa-
torem, habet locum, si post mortem testatoris ab
intestato decesserit.

C O N S I L I V M C I.

ISO testō Ioannis Saluodei, in quo D. Ca-
therinā eius vxorem hāredem instituit
uniuersalem cū facultate, ut possit de eius
hāreditate disponere, alienare, contrahere, & testa-
ri, & casu, quo ipsa decesserit quācūque sine testō,
uel ante ipsum testatorem, substituit Petrum fra-
trem suum sub condōne, q̄ ipse duceret in uxorem
Blancam, aut Dominicam neptes D. Catherinē sue
uxoris, & si noluerit alteram earum in uxorem du-
cere, tunc substituit Nicolaum & c. mortuo testa-
tore D. Catherina ad secunda uota transiuit, & ut
asserit, bona hāreditatis secundo marito assignauit
dubitatur primo, an D. Catherina ex eo, q̄ ad secun-
da uota transiuit, dicatur priuata hāreditate. Secun-

do, an eueniente casu mortis d. D. Catherinē nullō
condito testō, substitutus, hoc est Petrus possit ad-
mitti, & ad quam partem. ¶ Ad primum conditio-
uē loquendo respondeo ipsam non esse priuatam
commodo hāreditatis, ex quo non habuit filios pri-
mi matrimonij, ut est tex. in l. scem. §. quod finis.
C. de secun. nup. & in auth. de nup. in §. si uero con-
dēt colla. 3. Alex. in cons. 111. in 2. uol. ¶ Quod tñ
vī, q̄ tñ nisi ambē cōdōnes copulatiue fuerint adim-
pleta, Petrus substitutus non possit admitti, neq̄;
ficeret alteram adimpleri, ut vī tex. in l. gñaliter in
prin. C. de insti. & subst. sub cond. fac. l. Luc. 2. ff. de
hāred. inst. l. is, qui ducenta. §. pen. ff. de reb. dub. Sed
ipsa D. Catherina non decellit ante testatōrē, & sic
non fuit hāc conditio adimpleta, & defecit, quia tñ
peruixit, ergo substitutus nō debet posse admitti ē
in casu, quo illa ab intestato decederet. Præterea
Petrus substitutus non 5xit nuptias cū altera ex-
potib. D. Catherinē, ueluti testator iussit, ergo non
debet posse admitti l. cum ita legatum uenit de de-
mus & si legatum cum sim. ff. de cond. & demonst.
Adde, q̄ ex quo testator instituit D. Catherinā
hāredem, illiq̄ permittit uendere, alienare, & dispo-
nere inter uiuos, & in ultima uolūtate, sequit̄, q̄ in
potuit de oib. bonis disponere, q̄ Petrus ab illis oib.
sit totaliter exclusus, argm̄ eorū, quā uoluit Rom.
in cons. suo 112. incip. in Christi noīe Amen. nūā
præmissa dubitatione & c. & argm̄ tex. in c. 1. de her.
non hab. prop. nat. ¶ ubi si feudum fuerit concessum
cum pacto, q̄ uasallus possit illud alienare, seu fue-
rit concessum pro se, & suis hāredibus, & cui dederit,
pōt feudum à uasallo alienari, & non transire
filios, & hāredes uasalli, ad quos aliā transiret, ut
c. j. de success. feu. & hī per gl. & doct. in cap. præ-
taria de probatio. ¶ Præmissis tñ non obstantib. præ-
dicendum est, q̄ eueniente casu, quo D. Catherina
ab intestato decesserit, Petrus debeat per fideicom-
missum admitti: q̄ qñ dispō est facta sub plurib.
conditionib. alternatiue positis ad hoc, ut habeat
locum, sufficit alteram tñ fuisse adimpletam si quis
ita stipulatus in si. ff. de uerb. oblig. unde quāuis D.
Catherina testatori non prædeceserit, tñ ipsa ab
intestato, seu sine testō solempni decesserit, l. cum
prin. ff. de suis, & legit. hāred. & insti. de hāred. que
ab intesta. in prin. & l. intestatos. ff. de uerb. signi. i. c. j.
Petrus debet ad hāreditatem admitti. Et quia tota
difficultas cōsistit in obiectionib. supra factis, ideo
uenio ad illarum responsiones: Non obstat itaq̄ in
primis tex. in l. generaliter in prin. C. de insti. & subst.
sub cond. fac. cum sim. supra allegatis, quia respo-
detur primo tñ illum tex. cum alijs procedere, q̄ fa-
cta fuit substō sub pluribus conditionib. negatiuis,
& priuatiuis alternatiue positis, & tunc alternatiue
resoluitur in coniunctam ad tradita per Salic. in
l. generaliter, sed in casu nostro ambē conditiones
non fuerunt negatiuæ, sed altera tñ, ergo & c. Secun-
do respondeo, illum textum cum similib. proce-
dere, qñ condō si sine liberis fuit apposta una cū li-
berib. alijs conditionib. alternatiue, qñ fauore libe-
rum appositum in conditione alternatiue resolu-
uitur in coniunctam, & ad hoc, ut substitutus sub
illis conditionibus admittatur, requiritur, q̄ oīs
copulatiue fuerint adimpleta, ut ibi uolunt doctores
communiter Barro. Iacob. Butrigarius, & alij, sed
in casu nostro non fuit adiecta illa conditio, si sine
liberis, ergo & c. ¶ Non obstat secundum quālibet
presē non constet de contradictione Petri, q̄
noluerit ducere alteram ex dictis nepibus, ipse ex-
cludi non debet, tñ illan. uerba, & si noluerit, ex-
nuntur, hoc est si fuerit in mora ducendi, hoc est